

INDEX

PARS IV.

TOBIAS, IUDITH, ESTHER ET IOB

SECTIO I.

De libro Tobiae.

- Quaestio 1. Utrum liber Tobiae, alique libri deutero-canonici, quos Tridentinum in canone sacrorum librorum posuit, inter canonicas Scripturas recte a catholicis censeantur pag. 5
- Quaestio 2. Quo sensu de amicis Iob, qui cum consolandi causa (Iob c. 2, v. 11) accesserant, dici possit (Tob. c. 2, v. 13): *Beato Iob insultabant reges*. An amici Iob fuerunt reges? Et, an consolari est insultare? » 19
- Quaestio 3. Quomodo (Tob. c. 1, v. 2) absque laesione veritatis dici possit, quod senior Tobias captus fuerit in diebus Salmanasar regis assyriorum; cum tamen alibi (IV. Reg. c. 15, v. 29) expresse dicatur, quod *Theglathphalasar*, qui illum in regno assyriorum praecessit, *ceperit universam terram Nephthali* (ex qua etiam erat Tobias iuxta Tob. c. 1, v. 1) *et in assyrios transtulerit*. » ibi
- Quaestio 4. An non sit antilogia seu contradictio, dum (Tob. c. 3 v. 7) Sara, quam in uxorem habiturus erat Tobias iunior, dicitur habitasse in Rages civitate medorum; cum tamen postea, quando Tobias cum angelo Raphaële (Tob. c. 4, v. 21) pervenit ad locum, ubi erat Sara, inde miserit hunc angelum (Tob. c. 9 v. 5) ad Gabelum habitantem in Rages civitatem medorum. Quomodo angelus ex Rages civitate medorum, in qua tam ipse quam Tobias et Sara iam erant, potuit mitti in eandem civitatem ad Gabelum. » ibi
- Quaestio 5. An non fabulam sapiat, quod (Tob. c. 3, v. 8) narratur,

scilicet Saram traditam fuisse septem viris, et daemonium nomine Asmodaeus occidisse eos, mox ut ingressi sunt ad illam. Item, quod in versione graeca LXX interpretum (Tob. c. 6, v. 15) dicitur, nimirum Saram fuisse adamatam a daemonio. Quis enim credat daemonem, qui est spiritus prorsus incorporeus, carnaliter dilexisse Saram, et ex zelotypia septem illos viros occidisse? pag. 24

Quaestio 6. An a mendacio excusari possint, quae angelus Raphaël in libro Tobiae dixisse legitur, e. g. dum (Tob. c. 5, v. 7) interrogatus a Tobia iuniore, unde esset, respondit se esse *ex filiis Israël*. (2) Aut, dum de via in Mediam interrogatus (ibid. v. 8) ait: *Novi, et omnia itinera eius frequenter ambulavi et mansi apud Gabelum fratrem nostrum*. (3) Aut, dum rogatus de familia sua (ibid. v. 18) inquit: *Ego sum Azarias, Ananiae magni filius*. (4) Aut, dum ad quaestionem Raguelis, unde ipse et Tobias iunior essent (Tob. c. 7, v. 3), respondit: *Ex tribu Nephthali sumus ex captivitate Ninive*. Nonne cum Witackero calvinista ex his merito concludi potest, librum Tobiae non esse canonicum, cum angelum Dei mendacem exhibeat? » ibi

Quaestio 7. An non asiaticas fabulas sapiant, quae in libro Tobiae (c. 6, v. 8 et 9) de pisce et fumo cordis eius referuntur his verbis: *Cordis eius (i. e. piscis) particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus daemoniorum, sive a viro, sive a muliere, ita ut ultra non accedat ad eos*. Et iterum: *Incenso iecore piscis fugabitur daemonium*. Sed quid daemonio cum fumo piscis? (2) Item de dae-

- monio (Tob. c. 8, v. 3) *reliato in deserto superioris Aegypti*. At quomodo spiritus ligari potuit? (3) *Decane* (Tob. c. 11, v. 9) *praecurrente*, et reditum Tobiae iunioris *blandimento caudae suae* quasi praenuntiant. Nunquid haec et similia in episodiis pie fabulae ad consolandos in captivitate iudaeos excogitatae censi possunt? pag. 25
- Quaestio 8. Quomodo Tobias senior (Tob. c. 14, v. 7) de exustione templi hierosolymitani tanquam de re praeterita loqui potuerit: *Domus Dei, quae... incensa est, reaedificabitur*; cum tamen haec incensio diu post mortem Tobiae contigerit. Nonne haec ansam praebent suspicandi, quod aliquis impostor primum post eversionem templi salomonici et Hierosolymae librum Tobiae confinxerit? » 26
- Quaestio 9. Quomodo Tobias senior (Tob. c. 14, v. 6) eversionem urbis Ninive praedicere potuerit his verbis: *Prope erit interitus Ninive*; cum tamen ex historia certum sit, quod Ninive iam ante Tobiae tempora diruta fuerit. » ibi
- Quaestio 10. Cur Iosephus iudaeus gesta Tobiae, si vera sunt, ne verbulo quidem attigerit sive in sua historia de antiquitatibus iudaicis, sive alibi. » 27
- SECTIO II.
De libro Iudith.
- Quaestio 1. An liber Iudith sit vera historia. » 28
- Quaestio 2. An historia Iudithae ante vel post captivitatem babylonicam, aut quo tempore contigerit. » 50
- Quaestio 3. Cur Iosephus iudaeus de historia Iudithae altum sileat. » 54
- Quaestio 4. An liber Iudith sit canonicus. » ibi
- Quaestio 5. Quomodo absque errore in re historica (Iudith c. 1, v. 1) dici possit: *Arphaxad... rex medorum... aedificavit civitatem potentissimam, quam appellavit Ecbatani*; cum tamen ex Diodoro constet, quod hanc civitatem iam ante regem Arphaxad aedificaverit Deioeces medorum rex. » 40
- Quaestio 6. Quomodo salva veritate (Iudith c. 1, v. 5, dici possit: *Nabuchodonosor rex assyriorum, qui regnavit in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad*; cum tamen tempore Nabuchodonosoris iam destructa fuerit Ninive.
2. Quis fuerit ille Nabuchodonosor. Certe Nabuchodonosor alias dicitur regnasse in Babylone, et non in Ninive civitate Assyriae. p. 40
- Quaestio 7. Quomodo illud (Iudith c. 2, v. 7): *Tunc Holofernes dinumeravit viros in expeditionem... 12,000 equitum*, concordet cum alio Scripturae loco (Iudith c. 7, v. 2), ubi dicitur, quod omnino fuerint equites 22,000. » 42
- Quaestio 8. Quomodo (Iudith c. 3, v. 11) dici possit, quod *Holofernes, pertransiens Syriam Sobal venerit ad Idumaeos in terram Gabaa*; cum tamen Gabaa sit in tribu Benjamin prope Hierosolymam, cui utique Holofernes non appropinquavit. » ibi
- Quaestio 9. Quomodo, in libro Iudith (c. 4, v. 14) ubi sacerdos magnus illius temporis vocatur Eliachim, concilietur cum cap. 15, v. 9, ubi Ioaachim appellatur. » ibi
- Quaestio 10. Num credibile sit, quod Holofernes dux assyrius ignoraverit, qualis populus sint hebraei, et principes Moab et duces Ammon interrogaverit (Iudith c. 5, v. 3) his verbis: *Dicite mihi quis sit populus iste... aut quae et quales, et quantae civitates eorum; quae etiam sit virtus eorum, aut quae sit multitudo eorum; vel quis rex militiae illorum*. Quis enim credat, assyriorum ducem tanta gentis hebraeae ignorance laborasse; cum tamen inter ipsos assyrios in urbe Ninive non pauci gentis hebraeae degerent, et ipse iudaeorum rex Manasses ante aliquot annos a ministris regis assyriorum in Chaldaeam captivus abductus fuerit. » ibi
- Quaestio 11. Quomodo Achior dux ammonitarum (Iudith c. 5, v. 22 et 23) de hebraeis dicere potuerit: *Nam et ante hos annos cum recessissent a via (mandatorum Dei) exterminati sunt praeliis a multis nationibus, et plurimi eorum captivi abducti sunt in terram non suam. Nuper autem reversi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, et ascenderunt montana haec omnia, et iterum possident Ierusalem, ubi sunt sancta eorum*. Quenam haec hebraeorum captivitas? Quis hic re-

- dus eorum ex captivitate? Certe non ex captivitate babylonica, cum historia Iudithae verisimilius ante illam captivitatem contigerit tempore regis Manassis. 2. Quomodo Achior (loc. cit. v. 16) iuxta textum graecum dicere potuerit: *Templum Dei eorum* (hebraeorum) *factum est in pavimentum* i. e. solo aequatum, dirutum est; cum tamen templum adhuc steterit. An Achior haec ignoravit, aut ignorare potuit? pag. 43
- Quaestio 12. Ubi sita fuerit Bethulia, de qua (Iudith c. 7, v. 1) sermo est. 44
- Quaestio 13. Quomodo Iudith (Iudith c. 8, v. 1) dici possit oriunda ex tribu Ruben; cum (ibid. c. 9, v. 2) originem suam referat ad tribum Simeon. 45
- Quaestio 14. Cur (Iudith c. 8, v. 1) sexdecim duntaxat generationes usque ad Iuditham recensentur; cum tamen (Matth. c. 1) a Iacob communi iudaeorum patriarcha usque ad captivitatem babylonicam (quae cum aevo Iudithae ferme coincidit) numerentur plusquam viginti generationes. 45
- Quaestio 15. An Iuditha iure laudare (Iudith c. 9) potuerit facinus Simeonis, qui sichemitas eo ipso tempore, quo dolore circumcisionis, optima fide admissae, cruciabantur, nec resistere illatae vi poterant, miseratione nulla peremit. 2. Quomodo hic locus libri Iudith conciliari possit cum aliis Scripturae locis (Genes. c. 34, v. 30) Et Genes. (c. 49, v. 5), ubi hoc factum Simeonis vehementer improbat. 46
- Quaestio 16. An Iudith sine peccato potuerit (Iudith c. 10, v. 50) omnibus ornamentis suis ornare se hunc in finem; ut Holofernes in ipsa capiatur laqueo oculorum suorum; prout (c. 9, v. 13) ipsa met de se ait. 46
- Quaestio 17. An Iudith mentita sit dicendo (Iudith c. 10, v. 15) ad exploratores assyriorum se venisse, ut Holoferni indicet secreta iudaeorum, et facilem aditum ad capiendam Bethuliam. 2. An, si hoc dicendo mentita est, reapse peccarit. 47
- Quaestio 18. An Iudith licite potuerit Holofernem vino et libidine ebrium in somno obruncare (Iudith c. 13), certo praevidens eius aeternam damnationem. pag. 48
- Quaestio 19. Quo sensu (Iudith c. 13, v. 15) de civibus Bethuliae redeuntem e castris Iuditham cum gaudio excipientibus, dicatur: *Et concurrerunt ad eam omnes, a minimo usque ad maximum; quoniam sperabant eam iam non esse venturam*. Hoccine sperarint miseri obsessi? Timuerint potius. 49
- Quaestio 20. Quomodo Achior dux ammonitarum (Iudith c. 14, v. 6) per circumcisionem populo hebraeo associari potuerit; cum (Deut. c. 23, v. 3) lex divina prohibens expresse dicat: *Ammonites et moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in aeternum*. 49
- Quaestio 21. Quomodo de Iuditha (Iudith c. 16, v. 28) dici possit: *Defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethulia*; cum tamen textus graecus (Iudith c. 8, v. 3) affirmet, quod Manasses maritus Iudithae sepultus sit *cum patribus suis in agro, qui est inter Dothaim et Balamon*. 50

SECTIO III.

De libro Esther.

- Quaestio 1. An liber Esther sit vera historia, vel potius drama quoddam, in quo primarias quasi personas sustinent Esther, Mardocheus et Aman. 51
- Quaestio 2. Quis fuerit ille rex medorum vel persarum, qui in libro Esther Assuerus vocatur. 51
- Quaestio 3. An liber Esther sit canonicus. 52
- Quaestio 4. Num additamenta libri Esther a vers. 4, c. 10 usque ad finem huius libri canonica polleant auctoritate. 53
- Quaestio 5. An credibile sit quod rex Assuerus (Esther c. 1, v. 3) ad convivium invitarit omnem populum qui inventus est in Susan, a maximo usque ad minimum, etc. 58
- Quaestio 6. Quomodo verba illa (Esther c. 2, v. 16): *Ducta est itaque* (Esther) *ad cubiculum regis Assueri*, intelligenda sint; cum iuxta legem divinam foeminae iudaeae non liceret nubere alienigenae, aut eius concubinam agere. 60
- Quaestio 7. An non saltem peccaverit Esther comedendo cibos lego-

- rit, vel contra legem de non vindicandis inimicis. pag. 67
- Quaestio 16. Quomodo (Esther c. 11, v. 1) dici possit: *Anno quarto regnantibus Ptolemaeo et Cleopatra attulerunt... hanc epistolam phurim*; cum tamen haec epistola iam diu ante regnantem Ptolemaeum et Cleopatram ad omnes iudaeos (Esther c. 9, v. 30) missa fuerit. 63
- Quaestio 8. An non sit contradictio, dum in capitibus posterioribus lib. Esther maritus Esther appellatur Artaxerxes; in capitibus vero prioribus Assuerus. 63
- Quaestio 9. Quomodo (Esther c. 2, v. 7) Edissa seu Esther dici possit filia fratris Mardochei; cum tamen Herodotus Estherem dicat, fuisse filiam regis Cyri. 63
- Quaestio 10. An sit contradictio, dum (Esther c. 2, v. 16 et 22) dicitur, conspirationem eunuchorum Bagathan et Tharan contra regem Assuerum detectam esse anno septimo regni eius; cum tamen (ex Esther c. 11, v. 2, et c. 12, v. 1) manifestum videatur, quod haec conspiratio anno regni eius secundo detecta fuerit. 64
- Quaestio 11. Quomodo haec duo conciliantur, dum (Esther c. 3, v. 1) Aman dicitur esse stirpe Agag, adeoque amalecites; e contrario (Esther c. 16, v. 10 et 14) dicitur fuisse macedo. 64
- Quaestio 12. Quomodo concordent haec duo, dum (Esther c. 3) dicitur, Amanum quaesivisse malefacere Mardocheo et israelitis, quia Mardocheus recusavit genuflectere Aman; sed (Esther c. 12, v. 6) legitur, quod Aman voluerit nocere Mardocheo et populo eius propter interfectos duos eunuchos regis. 65
- Quaestio 13. Quomodo conciliantur haec duo, dum (Esther c. 6, v. 3) Mardocheus nil mercedis ob detectam duorum eunuchorum conspirationem recepisse scribitur: contra (Esther c. 12, v. 5) dicitur: Assuerum dedisse Mardocheo munera ob delationem illam. 65
- Quaestio 14. Quomodo (Esther c. 6, v. 4) dici possit, quod Aman interius atrium domus regiae intraverit; cum tamen (ex cap. 4, v. 11) constet, nemini prius non vocato, interius atrium regis intrare licuisse; nullibi autem Aman tunc vocatus esse legatur. 66
- Quaestio 15. An vindicta a iudaeis de suis hostibus sumpta, eorumque interfectio (Esther c. 9) licita fue-
- rit, vel contra legem de non vindicandis inimicis. pag. 67
- Quaestio 16. Quomodo (Esther c. 11, v. 1) dici possit: *Anno quarto regnantibus Ptolemaeo et Cleopatra attulerunt... hanc epistolam phurim*; cum tamen haec epistola iam diu ante regnantem Ptolemaeum et Cleopatram ad omnes iudaeos (Esther c. 9, v. 30) missa fuerit. 67
- Quaestio 17. Quomodo (Esther c. 11, v. 2 et 3) dici possit, quod Mardocheus anno secundo regis Assueri fuerit *vir magnus et inter primos aulae regiae*; cum tamen (iuxta Esther c. 6, v. 10) non nisi Aman pereunte exaltatus fuerit. 68
- Quaestio 18. Quomodo (Esther c. 12, v. 2) dici possit, quod Mardocheus nunciaverit *super eo negotio detectionis insidiarum regi*; cum tamen (Esther c. 2, v. 22) id non regi, sed reginae Esther nuntiaverit. 68
- Quaestio 19. Quomodo concordent haec duo, dum (Esther c. 15, v. 6) pro exterminio iudaeorum in epistola Aman assignatur dies decima quarta mensis Adar; at (Esther c. 5, v. 12, et alibi) pro hoc exterminio constanter assignatur dies decima tertia mensis. 68
- Quaestio 20. Quomodo (Esther c. 15, v. 1) dici possit: *Die autem tertio deposuit* (Esther) *vestimenta ornatus sui, et circumdata est gloria sua*. Quomodo enim circumdata est gloria, si ornamenta vestium deposuit? Dein quomodo potuit deponere vestimenta ornatus sui; cum antea, nempe illo ipso triduo (iuxta c. 14, v. 2) *luctui apta indumenta susceperit*? 69
- Quaestio 21. Quomodo verba illa (Esther c. 15, v. 9 et 10) *Ingressa* (Esther) *stelit ante regem... qui erat terribilis aspectu... cumque... ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit*, concordent cum altero textu (Esther c. 5, v. 2), ubi dicitur: *Cum* (rex) *vidisset Esther reginam stantem, placuit oculis eius*. Quomodo ista conciliantur? 69
- Quaestio 22. Quomodo haec duo concordent, dum (Esther c. 16, v. 18) dicitur, quod iam ante promulgatum edictum de interficiendis iudaeorum hostibus Aman cum o-

- gni sua cognatione poenas dederit; contra (Esther c. 9, v. 14) legatur, quod decem filii Amani primum post novem menses ab illo edicto elapsos suspensi fuerint. pag. 69
- Quaestio 25. An literae Artaxerxis, seu Assueri (Esther c. 16) recitatae, quibus priores literae (c. 8, v. 11, et seq.) ad excidium iudaeorum datae revocantur, sint authenticae; cum tamen et argumento ab illis prioribus literis, et forma a rescriptis regum medorum et persarum valde discrepent; neque talia rescripta unquam mutari licuerit. » ibi
- Quaestio 24. Quomodo (Esther c. 16, v. 13) dici possit, ab Amāno expetitam fuisse reginam Esther cum tota ipsius gente ad interitum: cum tamen (Esther c. 2, v. 10 et 20) dicatur, ignotum fuisse aulae regiae, adeoque et regi et Amāno genus Estheris et Mardochei, donec regina die, qua Aman suspensus est, id (Esther c. 7, v. 3, usque ad c. 8) regi declaravit » ibi
- SECTIO IV.
De libro Iob.
- Quaestio 1. An Iob vere extiterit, et res de eo in Scriptura narratae reapse contigerint, vel tantum sint parabola ad patientiae exemplar conficta. » 71
- Quaestio 2. Cur liber Iob adeo sit obscurus. » 85
- Quaestio 3. An liber Iob sit canonicus. » 86
- Quaestio 4. An Iob graviter peccarit labiis suis. » 89
- Quaestio 5. An Iob saltem leviter peccarit labiis suis. » 94
- Quaestio 6. Num credibile sit, quod tres amici Iob (Iob c. 2, v. 13), sederint cum eo septem diebus et septem noctibus, et nemo eis locutus sit verbum toto hoc temporis spatio. » 97
- Quaestio 7. Quomodo Iob (c. 19, v. 17) cum veritate dicere potuerit: *Orabam filios uteri mei*, h. e. in miseris meis orare et supplex fieri debebam filiis meis; cum tamen (Iob c. 1, v. 19) omnes eius filii et filiae iam ante ruina domus obtriti fuerint. » 98

- Quaestio 8. Quomodo illud (Iob c. 27, v. 6) *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea*, conciliandum sit cum illo (Iob c. 7, v. 20) *Peccavi! quid faciam tibi, o custos hominum?* aut cum aliis textibus, in quibus Iob fatetur se peccasse. pag. 98
- Quaestio 9. Cur vulgata latina (Iob c. 29, v. 18) hebraeum textum ita reddat: *In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies*; cum tamen vox hebraea *חול* in hebraeo hic posita, nusquam alibi in tota Scriptura *palmam*, sed potius *arenam* significet. 2. Vel an non melius loco vocis *palma* hic poneretur vox *phoenix* volucrum significans, prout in textu graeco LXX interpretum ponitur. 3. Si autem haec vox ponitur, nunquid deistae quaerent, quomodo fabulosa haec avis congruat divino libro, qualis dicitur esse liber Iob? » 99
- Quaestio 10. Quomodo cum veritate (Iob c. 53, v. 14) dici possit: *Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit*; cum tamen saepe idem per prophetas repetierit. » 102
- Quaestio 11. Quisnam sit ille concentus coeli, de quo (Iob c. 38, v. 37) dicitur: *Concentum coeli quis dormire faciet?* Item an, aut in quo iste concentus a fabuloso concentu coeli a Pythagora adstructo differat. » ibi
- Quaestio 12. Quis sit ille Behemoth de quo Deus ad Iobum (Iob c. 40, v. 10) ait: *Ecce Behemoth quem feci tecum fœnum quasi bos comedit*. 2. Cur de eodem animali (ibidem v. 14) dicatur: *Ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum*: an ergo hoc animal ante omnes alias creaturas productum sit? » 103
- Quaestio 13. Quis sit ille Leviathan, de quo Deus ad Iobum (Iob c. 40, v. 20) ait: *An extrahere poteris Leviathan hamo, et fune ligabis linguam eius?* » 104
- Quaestio 14. Quomodo illud (Iob c. 41, v. 16) intelligendum sit: *Cum (Leviathan, i. e. cete vel crocodilus) sublatus fuerit (seu in aquis sese erexerit), timebunt angeli, et territi purgabuntur*, aut an angeli cetum et crocodilum timeant » ibi
- Quaestio 15. Qualis fuerit Iobi morbus. » 105

PARS V.

PSALMI, LIBER PROVERBIORUM, ECCLESIASTES,
CANTICUM CANTICORUM, LIBER SAPIENTIAE, ECCLESIASTICUS

SECTIO I.

De libro Psalmorum.

- Quaestio 1. Quisnam fecerit Psalmorum collectionem, qualis hodie extat. pag. 107
- Quaestio 2. An psalmi in bibliis sint secundum seriem rerum, de quibus agunt, gestarum, vel eo ordine dispositi, quo primitus ab auctore suo compositi fuerunt. » ibi
- Quaestio 3. An ordo psalmorum, qualis hodie extat, sit mere casualis. » 108
- Quaestio 4. An psalmi originaliter sint metricae, seu ligata oratione compositi, et quali metro. » ibi
- Quaestio 5. Quid in textu psalmorum hebraeo vox *selah*, vel in textu graeco vox *diapsalma* significet. » 110
- Quaestio 6. An liber psalmorum canonicus sit. » ibi
- Quaestio 7. An dirae seu imprecationes in psalmis contentae, obsint sanctitati et divinitati libri psalmorum. » 111
- Quaestio 8. An tantum cl. psalmi canonici sint. » 112
- Quaestio 9. An tituli psalmorum perinde ac ipsi psalmi canonici sint, divinamque auctoritatem habeant. » 113
- Quaestio 10. Cur liber psalmorum adeo sit obscurus. » 115
- Quaestio 11. Quisnam sit praecipuus psalmorum scopus, a Spiritu s. intentus. » 116
- Quaestio 12. Quomodo illud (Psalm. 15, v. 5): *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt*, intelligendum sit, cum tamen multi in s. Scriptura nominentur iusti, et inter hos Zacharias et Elisabeth. » 117
- Quaestio 13. Quomodo illa (Psalm. 31, v. 5) Psalmistae verba: *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die*, exponenda sint? Si enim tacuit, quomodo tota die clamavit? aut si tota die clamavit, quomodo maxime tum tacuit? » ibi
- Quaestio 14. Quomodo veritati consentiat illud (Psalm. 36, v. 25): *Iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem*. Item illud (Prov. c. 10, v. 5): *Non affliget Dominus fame animam iusti*; cum tamen Lazarus mendicus et iustus (Luc. 16, v. 20) inedia laboraverit. pag. 118
- Quaestio 15. Quomodo David (Psalm. 50, v. 6) cum veritate ad Deum dicere potuerit: *Tibi soli peccavi*; quamvis etiam peccaverit adversus Uriam, Bethsabeam a se ductam, et populum suum, cui tantis sceleribus pessimum exemplum praebeuit. » 119
- Quaestio 16. Quomodo illud (Psalm. 57, v. 5 et 6): *Furor illis secundum similitudinem serpentis; sicut aspidis surdae, obturantibus aures suas quae non exaudiet vocem incantantium, et venefici incantantis sapienter*, conveniat cum hodiernorum philosophorum doctrina, qui inter fabulas numerant illam multorum opinionem, quod serpentes obstruant aures suas, ne vocem incantantis audire cogantur. » 120
- Quaestio 17. Quomodo psalmista (psalm. 68, v. 29) contra iudaeos persecutores Christi Domini in sensu mystico orare potuerit: *Deleantur de libro viventium, et cum iustis non scribantur*; cum tamen hi nunquam scripti fuerint in libro vitae. » 122
- Quaestio 18. Quomodo David (Psalm. 75, v. 9) dicere potuerit: *Iam non est propheta*; cum tamen tunc prophetae fuerint Nathan, Gad, aliique. » ibi
- Quaestio 19. Quomodo psalmista (Psalm. 81, v. 5) sine contradictione dicere potuerit: *Moventur omnia fundamenta terrae*; et simul (Psalm. 105, v. 5): *Fundasti terram super stabilitatem suam; non inclinabitur in saeculum saeculi*. An nulla hic antilogia? » 123
- Quaestio 20. Quomodo explicandum illud (Psalm. 124, v. 3): *Non relinquet Dominus virgum peccatorum super sortem iustorum*; cum tamen experientia doceat, ab impiis saepe opprimi iustos, et illos his dominari. » ibi

- Quaestio 21. Quomodo concordet illud (Psalm. 126, v. 2: *Vanum est vobis ante lucem surgere, cum illo* (Sap. c. 16, v. 28): *Oportet praevenire solem ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare. Nullane hic contradictio?* pag. 124
- Quaestio 22. An David (Psalm. 151, v. 2-6) iurare, et vovere licite potuerit, se non intraturum domum suam, nec in lectum ascensurum, imo neque extra lectum quietem ullam capturum, donec templum Domini extruxerit? Nonne absurdum et insipiens est, iurato promittere, quod implere non possis, quodque naturae vires superat? » *ibi*
- Quaestio 25. Quomodo explicetur illud (Psalm. 152, v. 5): *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Qua enim via aut canali ros montis Hermon, qui in tribu Issachar situs est, descendere poterit in montem Sion, qui est Hierosolymis?* » 126
- Quaestio 24. Quomodo intelligendum illud (Psalm. 158, v. 8): *Si ascendero in coelum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Decetne, Deum existere in inferno?* » 127
- Quaestio 25. An oratio vel cantus Psalmorum, si a moniale, aliave persona sensum verborum non intelligente sit, Deo tamen placeat, et accepta sit? » 128
- Hac occasione phrases et modi loquendi intellectu difficiliore, qui in Psalmis occurrunt, explicantur secundum seriem et ordinem psalmodorum. » *ibi*

SECTIO II.

De libro Proverbiorum.

- Quaestio 1. An liber Proverbiorum ecloga sit, vel delectus optimarum sententiarum ex plurimis, qui ante Salomonem floruerunt, scriptoribus; ut Grotius cum quibusdam batavis asserit. » 156
- Quaestio 2. An liber Proverbiorum, si a Salomone post lapsum in scelera luxuriae et idololatriae scriptus esset, propterea e canone s. Scripturae eliminandus foret. » 157
- Quaestio 3. An veteres legislatores et philosophi leges suas et moralem scientiam ex libro Proverbiorum, ceterisque s. Scripturae partibus hauserint. » *ibi*

- Quaestio 4. Quomodo verba illa (Prov. c. 6, v. 1 et 2): *Fili mi, si sponderis pro amico tuo, deficiisti apud extraneum manum tuam; illaqueatus es verbis oris tui, et captus propriis sermonibus, conveniant cum charitate proximo debita, quae saepe petit, ut ad iuvandum amicum, vel alium sponsonem faciamus.* pag. 157
- Quaestio 5. Quomodo illud (Prov. c. 6, v. 6-9): *Vade ad fornicam, o piger, et considera vias eius, et discite sapientiam: quae... parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe, quod comedit, cum illis Christi verbis* (Math. c. 6, v. 54): *Nolite solliciti esse in crastinum, concordet.* » 158
- Quaestio 6. An verba illa (Prov. c. 6, v. 50): *Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit, praebeant illicium furandi.* » *ibi*
- Quaestio 7. Quomodo illud (Prov. c. 10, v. 5): *Non affligit Dominus fame animam iusti, congruat cum experientia, iuxta quam plurimos iustos et pios reperire est, quibus domi res arctae sunt.* » *ibi*
- Quaestio 8. Quomodo Salomon (Prov. c. 25, v. 51) scribere potuerit: *Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenderit in vitro color eius: cum tamen Salomonis aetate vitrum nondum fuerit inventum.* » *ibi*
- Quaestio 9. An ex verbis illis (Prov. c. 24, v. 16): *Septies enim cadet iustus et resurget, anonymus quidam recte inferat, religionem christianam tantopere adversari naturae humanae, ut etiam, qui maxime sunt religiosi, fere singulis horis in peccatum labantur, fatente idipsum s. Scriptura.* » 159
- Quaestio 10. Quomodo auctor lib. Proverb. sine contradictione (Prov. c. 26, v. 4) dicere potuerit: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis; cum tamen (ibidem v. 5) mox addat: Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. An respondere et non respondere stulto iuxta stultitiam suam, non involvit contradictionem?* » *ibi*
- Quaestio 11. Quomodo Salomon (Prov. c. 30, v. 2) de seipso dicere potuerit: *Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum? cum tamen Deus* (III. Reg. c. 5, v. 12) dicat Salomoni: *Dedi*

- tibi cor sapiens et intelligens in tantum, ut nullus ante te similis fuerit, nec postea surrecturus sit; quin et post lapsum suum Salomon (Eccli. c. 2, v. 9): *Sapientia quoque perseveravit mecum, de seipso testetur.* pag. 140
- Quaestio 12. Quomodo locus Scripturae (Prov. c. 31, v. 22), ubi mulier valde commendatur, quae sibi stragulatam vestem confecerat, et in bysso et purpura incedebat, concilietur cum aliis Scripturae locis (Luc. c. 16, v. 19), ubi vituperatur homo dives, qui induebatur purpura et bysso; item (I. Timoth. c. 2, v. 9) ubi mulieres ornare se veste pretiosa prohibentur. » *ibi*

SECTIO III.

De libro Ecclesiastae.

- Quaestio 1. An liber ecclesiastes merito in canonem s. Scripturae relatus sit. » 141
- Quaestio 2. An liber ecclesiastes epicureis faveat. » *ibi*
- Quaestio 3. An duo auctores dissidentes librum ecclesiastae scripserint; vel unus quidem, sed scepticus, qui repugnantia loquitur, et modo ad vitam more belluino voluptuosam, modo ad virtutem et honestatem homines stimulat. » 142
- Quaestio 4. An ecclesiastes (c. 1, v. 4 et 9) dicens: *Generatio praeterit et generatio advenit; terra autem in aeternum stat. Item: Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est, aeternitatem mundi asserat; prout impius Collinus censet? 2. An non ex adverso ecclesiastes vitam aeternam atque immortalitatem animae neget, dum (cap. 3, v. 18 et 19) ait: Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, et ostenderet similes esse bestiis. Idcirco unus est interitus hominis et iumentorum, et aequa utriusque conditio, etc. Item c. 6, v. 5): *Viventes enim sciunt, se esse morituros; mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem. Si enim unus est interitus hominis et iumentorum; si mortui nihil noverunt amplius, nec ultra mercedem habent, quomodo animae immortalitas et vita aeterna evincetur?* » 144*
- Quaestio 5. Quomodo verba illa (Eccl. c. 5, v. 1): *Omnia tempus ha-*

- bent, et suis spatiis transeunt universa sub sole, concilietur cum subsequenti 14 versu, ubi omnia opera, quae fecit Deus, perseverare in perpetuum dicuntur.* pag. 146
- Quaestio 6. Quomodo illud (Eccl. c. 7, v. 5): *Cor sapientium ubi tristitia est, et cor stultorum, ubi laetitia, cum illo apostoli* (ad Philipp. c. 4, v. 4): *Gaudete in Domino semper, concilietur.* » *ibi*
- Quaestio 7. Quomodo illud (Eccl. c. 7, v. 17): *Noli esse iustus multum, cum illo* (Apoc. ultimo, v. 11): *Qui iustus est, iustificetur adhuc; et qui in sordibus est, sordescat adhuc, concordet?* » *ibi*
- Quaestio 8. Quomodo Ecclesiastes (c. 7, v. 29) dicens: *Virum (sapientem) de mille unum reperi; mulierem ex omnibus non inveni, conciliari possit cum auctore lib. Proverb. (c. ult. v. 10 et seqq.) laudante mulierem fortem.* » *ibi*
- Quaestio 9. Quomodo Ecclesiastes (c. 9, v. 1) dicens: *Nescit homo, utrum amore vel odio dignus sit, cum s. Paulo* (II. Timoth. c. 4, v. 7 et 8) de seipso asseverante: *Bonum certamen certavi - in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, conciliari possit.* » 147

SECTIO IV.

De Cantico canticorum.

- Quaestio 1. An canticum canticorum inter libros canonicos merito numeretur. » 148
- Quaestio 2. An Grotius de canticum canticorum perperam scripserit » 149
- Quaestio 3. An Salomon canticum canticorum scripserit ante vel post lapsum suum in luxuriam et idololatriam. » 150
- Quaestio 4. An canticum canticorum habeat aliquem sensum literalem proprium, vel tantum sensum spirituale. » *ibi*
- Quaestio 5. An lectio cantici canticorum omnibus promiscue suadenda, aut permittenda sit. » 152
- Quaestio 6. Quomodo sponsus sponsam (Cant. c. 1, v. 7) potuerit vocare *pulcherrimam mulierum*; cum sponsa ipsa (Ibid. v. 4) de se dicat: *Nigra sum. Et (v. 5): Fusca sum, quia decoloravit me sol.* Nullane hic contradictio? » 155
- Quaestio 7. Quomodo (Cant. c. 4, v. 7) sub typo sponsae de eccle-

- sia dici possit: *Tota pulcra es, amica mea, et macula non est in te; cum tamen in ecclesia tot mala, tot peccata et peccatores existant.* pag. 153
- Quaestio 8. Quomodo (Cant. c. 4, v. 16) his verbis: *Surge aquilo, et veni auster, et perfla hortum meum, et fluant aromata illius*, sponsus ventos adeo contrarios, maxime aquilonem hortis tantopere inimicum ad perflandum hortum invitare potuerit. » *ibi*
- Quaestio 9. Quomodo sponsus in cantico canticorum sine contradictione modo *rex*, modo *pastor*, et suae sponsae *frater*; sponsa vero simul ut *filia principis* et *vinitoris*, et tamen ab excubitoribus *percussa* et *vulnerata* induci possit. » 154
- SECTIO V.
De libro Sapientiae.
- Quaestio 1. An liber sapientiae sit canonicus. » 153
- Quaestio 2. Quomodo illud (Sap. c. 1, v. 15): *Deus mortem non fecit, cum illo (Eccli. c. 4, v. 14): Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt, concilietur.* » 156
- Quaestio 3. An verisimile sit, auctorem lib. sapientiae Deo inspirante hunc librum scripsisse; etiamsi (cap. 1, v. 14) inducat fabulam Plutonis, seu regni inferorum, et in *TEXTU GRAECO* (cap. 17, v. 14, qui in vulgata nostra est v. 15) fabulosum fluvium Lethe, ut quidam exponunt, indicet; item (c. ult. v. 20) loco mannae fabulam ambrosiae velut cibi deorum. » *ibi*
- Quaestio 4. Quomodo illud (Sap. c. 2, v. 1): *Non est, qui agnitus sit reversus ab inferis*, cum resurrectione Samuelis ab inferis (I. Reg. c. 18, v. 15) concordet. » 157
- Quaestio 5. An vaticinia de Christi passione (Sap. c. 2, v. 17 et seq.) non sint conficta, et ut Grotius suspicatur, ab aliquo christiano post mortem servatoris huic libro inserta. » *ibi*
- Quaestio 6. Quomodo verba illa (Sap. c. 6, v. 8): *Aequaliter ei cura est de omnibus, cum illo (I. Cor. c. 9, v. 9): Numquid de bobus cura est Deo?* conciliari possint. » *ibi*
- Quaestio 7. An verba illa (Sap. c. 8, v. 19 et 20): *Sortitus sum animam bonam, et cum essem magis*

- bonus, veni ad corpus incoquinatum, non supponant praexistentiam animarum, antequam corpora effingantur, ab Origene assertam? Aut an non oleant pelagianismum docentem, adesse in anima quaedam naturalia virtutis semina ad operandum salutariter sine auxilio divino supernaturali, etc.* pag. 158
- Quaestio 8. Quomodo (Sap. c. 10, v. 4) dici possit, propter Cain terram diluvio Noëtico deletam esse: *Propter quem (i. e. Cainum) cum aqua deleteret terram, etc.*; cum tamen potius propter scelera gigantum id factum esse, alibi (nempe Genes. c. 6, v. 4. - 8. Et Sap. c. 14, v. 6) indicetur. » *ibi*
- Quaestio 9. Quomodo illud (Sap. c. 10, v. 14) de Iosepho dictum, quod in Aegypto obtinuerit *septrum regni*, explicetur; cum tamen non fuerit rex Aegypti, sed duntaxat minister regis. » *ibi*
- Quaestio 10. Quo sensu israhelitae sub Pharaone velut viri probi describi possint (Sap. c. 10, v. 15) his verbis: *Haec (sapientia) populum iustum, et semen sine querela, liberavit a nationibus (ab aegyptiis), quae illum deprimebant; cum tamen prophetae israhelitas ut idololatrias vituperent.* » 159
- Quaestio 11. Quomodo veritati consentiat illud de Moysae dictum (Sap. c. 20, v. 16): *Stetit contra reges horrendos in portentis; etsi in lib. Exodi non fiat mentio, nisi unius regis Aegypti.* » *ibi*
- Quaestio 12. Quomodo illud (Sap. c. 11, v. 25): *Diligis omnia quae sunt, et nihil odisti eorum, quae fecisti, cum illo (ad Rom. c. 9, v. 15): Iacob dilexi, Esau autem odio habui, concilietur.* » *ibi*
- Quaestio 15. An auctor 46 Sap. in assignanda idololatriae origine (Sap. c. 14, v. 15-22) erraverit. Ut Calvinus contendit. » 160
- Quaestio 14. Quomodo illud (Sap. c. 15, v. 5): *Oportet praevire solem, et ad ortum lucis te adorare, cum illis Iobi verbis (Iob c. 31, v. 26 et seqq.) dicentis: Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incendente clare: et osculatus sum manum meam, quae est iniquitas maxima, etc., conciliari possit.* » 162
- Quaestio 15. An verisimilia sint ea, quae (Sap. c. 16, v. 20) de manna dicuntur his verbis: *Angelorum*

- esca nutriti populum tuum, et paratum panem de coelo praestitisti illis - omne delectamentum in se habentem, et omnis odoris suavitatem. Quis enim credat, quod manna fuerit esca in coelo parata ad cibum angelorum? 2. Aut quod manna habuerit omnem saporem pro cuiusque desiderio et voluntate; cum tamen (ex Num. 21, v. 5) constet, quod manna hebraeis fastidium moverit, etc.* pag. 162
- Quaestio 16. An liber sapientiae non faveat fabulosi gentilium poetarum metamorphosis, dum (c. 19, v. 18) ait: *Agrestia (animalia) in aqualica convertentur: et quaecumque erant natantia, in terram transibant.* Aut an deceat, librum divinum fictitias eiusmodi mutationes adstruere? » 164

SECTIO VI.

De libro Ecclesiastici.

- Quaestio 1. Quot fuerint in veteri Testamento celebriores viri, compellati Iesus nomine: 2. Et quo seculo Iesus filius Sirach senioris, seu auctor ecclesiastici extiterit. » 165
- Quaestio 2. Num credibile sit, quod auctor ecclesiastici fuerit a Deo inspiratus; cum potius videatur fuisse gentilis philosophus de secta platonica. » *ibi*
- Quaestio 3. An lib. Ecclesiastici, ceteris quoque consideratis, merito
- in canonem librorum divinatorum relatus sit. pag. 167
- Quaestio 4. An etiam prologus lib. ecclesiastici canonicus sit. » 168
- Quaestio 5. Quomodo illud (Eccl. c. 7, v. 15): *Non iteres verbum in oratione tua, cum illo (Matth. c. 26, v. 44): Oravit (Christus) tertio, eundem sermonem dicens, concordet.* » *ibi*
- Quaestio 6. An verba illa (Eccl. c. 18, v. 4): *Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul, non contradicant primo capiti lib. Geneseos, ubi disertis verbis narratur, Deum non simul et semel, verum successive, seu spatio sex dierum huius mundi singula creasse.* » 169
- Quaestio 7. Quomodo illud (Eccl. c. 49, v. 5): *Praeter David, et Ezechiam, et Iosiam, omnes peccatum commiserunt; intelligendum sit. Nonne etiam David peccatum adulterii et homicidii commisit? Nonne Ezechias (IV. Reg. c. 20, v. 15, etc.) externorum principum amicitiae, et divitiarum suarum copiae nimium confidit?* » 170
- Quaestio 8. Quomodo Siracides (Eccl. c. 49, v. 16 et 17) dicere potuerit: *Nemo natus est in terra, qualis Henoch, neque ut Ioseph; cum tamen inter natos mulierum non surrexerit maior Ioanne Baptista, prout Christus ipse (Matth. c. 11, v. 11) testatur.* » 171
- Quaestio 9. Quid nomine sapientiae (Eccl. c. 1) intelligatur. » *ibi*

PARS VI.

PROPHETAE IV. MAIORES ET XII. MINORES,
LIBRI DUO MACHABAEORUM

SECTIO I.

De prophetis generalim spectatis.

- Quaestio 1. Quid vox propheta proprie significet. » 172
- Quaestio 2. An notioni prophetae a nobis statutae non obstet, quod s. Scriptura hanc vocem propheta aut prophetare etiam in aliis significationibus minus propriis accipiat. » 173
- Quaestio 3. An prophetae V. T. fuerint tantum concionatores, et adhortatores populi. » 174
- Quaestio 4. An prophetae hebraeorum fuerint homines fanatici et deceptores populi, vel saltem (propterea auctor detestandi libri *Horus* dicti fingit) sua vaticinia de Christo ex male intellectis chaldaeorum, aegyptiorum, et persarum fabulis, et hieroglyphicis symbolis velut venturi Messiae prognosticis consarcinarint. » 175
- Quaestio 5. An ars prophetandi instar aliarum artium aut scientiarum apud hebraeos tradita fuerit; et quales ii habuerint scholas prophetarum. » 177

- Quaestio 6. An prophetae, quando ad vaticinandum se accingebant, sese inebriarint, aut vehementes corporis agitationes ad caput suum infatuandum exercuerint, quas populus ex supernaturali impulsu et divina inspiratione provenire putavit. pag. 178
- Quaestio 7. An ad prophetandum requiratur supernaturale lumen a Deo infusum, vel an prophetia (prout Spinoza asserit) possit homini prophetanti esse naturalis, et varia pro varietate temperamenti, vel imaginationis, aut pro ratione opinionum, quas antea talis homo amplexus est. » 181
- Quaestio 8. An exemplis brutorum, hominum, aut daemonum probari possit, quod futura contingantia absque lumine supernaturali praevideri possint. » 187
- Quaestio 9. Cur ex prophetiis aliae elegantiori, aliae vero ruidiori stylo seu dicendi ratione scriptae sint? Item cur aliae sint clariores, aliae obscuriores; cum tamen unus idemque Spiritus divinus omnium prophetiarum vere talium auctor sit. » 190
- Quaestio 10. Cur prophetiae plerumque sint tam obscurae. » 191
- Quaestio 11. Cur in prophetiis nullus ordo servetur, quin potius temporibus et locis maxime dissita velut coniuncta exhibeantur, et sus deque omnia misceri videantur; cum tamen, quae a Deo sunt, debeant esse ordinata. » 193
- Quaestio 12. An omnes prophetiae sint allegoricae? 2. An allegoria res sit inanis, eaque pendens a genio illius, qui ad allegoricam explicationem recurrit. » 194
- Quaestio 13. An prophetiae sint efficax argumentum ad veritatem religionis christianae demonstrandam. » 197
- Quaestio 14. Utrum prophetiae alicui possint esse efficax argumentum ad amplectendam aut stabilendam religionem christianam, etiamsi propriis auribus non audiverit prophetas vaticinantes, nec eventum prophetiis respondentem propriis oculis viderit. » 199
- Quaestio 15. An testimonium historicum de existentia prophetarum, et prophetiarum ab eis editarum, harumque adimplentione, nihil de certitudine sua amittat ob longissimam, quibus ista contigisse dicuntur, temporum distantiam et successionem. pag. 200
- Quaestio 16. An demonstrari possit, quod eventus a prophetis praedicti, non mero casu, et fortuito acciderint. » 202
- Quaestio 17. An prophetae contraria enuntiarint, sibi que contradixerint. » ibi
- Quaestio 18. An prophetiae semper sint impletae, aut implendae. » 203
- Quaestio 19. An prophetarum V. T. libri authentici sint, vel potius supposititii, serius conficti, ac antiquis illis prophetis falso attributi. » 206
- Quaestio 20. An prophetiae etiam falsis sectis faveant. » 208
- Quaestio 21. An etiam homines nequam et peccatores spiritum propheticum habere possint. » ibi
- Quaestio 22. Quomodo ille textus (Deut. c. 18, v. 1, 2 et 3): *Si surrexerit in medio tuorum propheta... et praedixerit signum atque portentum, et evenerit, quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus et sequamur deos alienos... non audies verba prophetiae illius aut somnatoris, intelligendus sit? Aut, an spiritus propheticus alicui communicetur etiam ad confirmandam doctrinam falsam, ex. gr. sequendi deos alienos.* » 209
- Quaestio 23. An, et quomodo prophetiae verae a falsis discerni possint. » 210
- Quaestio 24. An ab origine mundi usque ad ultima nostra tempora dati sint prophetae. » 211
- Quaestio 25. Quomodo intelligendum illud (Luc. c. 16, v. 16): *Lex et prophetiae usque ad Ioannem; cum tamen usque ad ultima ecclesiae tempora aliqui dono prophetiae fuerint praediti.* » ibi
- Quaestio 26. Quinam et quot numero dicantur prophetae V. T. maiores et minores. » ibi
- Quaestio 27. Quo tempore, et an eo ordine, quo in s. bibliis ponuntur, prophetae maiores et minores prophetarint. » 212

SECTIO II.

De IV. prophetis maioribus.

- CAPUT I. De Isaia. » 213
- Quaestio I. Quid de vaticinii (Isai. c. 7, v. 14, etc.): *Ecce virgo concipiet et pariet filium, etc.* exposi-

- tionem, quam auctor libri Horus dicti affert, sentiendum sit. pag. 214
- Quaestio II. Quanam memorati vaticinii de Virgine paritura (Isa. c. 7, v. 14, etc.) fuerit expositio Ioan. Laurentii Iseubiehl, et quam iuste ea sit condemnata. » 215
- Quaestio 3. Quomodo Iudaei cum incredulis, multisque aliis novatoribus idem vaticinium perperam exponere soleant. » 223
- Quaestio 4. Quomodo interpretes catholici hoc vaticinium concilient, aut conciliare possint cum Isa. c. 8, v. 3 et 4, ac cum aliis eiusdem prophetae effatis? » 253
- Quaestio 5. Quo sensu (Isa. c. 18, v. 2) de rege Aethiopiae dicatur: *Mittit in mare legatos in vasis papyri. An mare papyraceis navibus traicitur, aut traici potest?* » 241
- Quaestio 6. Quo sensu (Isa. c. 19, v. 2) dicatur: *Concurrere faciam Aegyptios regnum adversus regnum, cum tamen Aegyptus non sit nisi unicum regnum.* » ibi
- Quaestio 7. Num verisimile sit, quod Deus (Isa. c. 20, v. 2) Isaia iusserit, exutis vestibus nudum incedere, et an mandatum hoc, quod pudicitiae repugnare videtur, possit esse divinum. » ibi
- Quaestio 8. Quomodo dictum Isaiae cap. 23, v. 17): *Post 70 annos reducet Dominus Tyrum ad mercedes suas, concordet cum effato Ezechielis (c. 26, v. 14) de Tyro dicentis: Non aedificaberis ultra. Et (v. 21): Non inveniris ultra in sempiternum: An haec verba Ezechielis non contradicunt verbis Isaiae modo citatis?* » ibi
- Quaestio 9. Quo sensu Isaia dicat (cap. 55, v. 7): *Angeli pacis amare flebunt; cum tamen in coelo neque luctus, neque dolor locum habeat.* » 242
- Quaestio 10. Quid sentiendum de expositione verborum Isaiae (cap. 40, v. 3, 4 et 5) dicentis: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, etc.* Quid, inquit, sentiendum de expositione huius loci, quam auctor famesi libri Horus dicti affert? » ibi
- Quaestio 11. Quomodo illud (Isa. c. 45, v. 15) *Ipsa (nempe Cyrus) aedificabit civitatem meam, quomodo inquit, hic textus explicatur; cum tamen (II. Esdr. c. 2, v. 8) Nehemias anno vigesimo Artaxerxis Longimani, adeoque primum post mortem Cyri, licentiam aedificandi Ierusalem impetraverit. pag. 245*
- Quaestio 12. Quomodo Isaia (c. 52, v. 1) his verbis: *Consurge, consurge... Ierusalem, civitas sancti: quia non adiciet ultra ut pertranscat per te incircumcisus et immundus, quomodo, inquit, Isaia his verbis praedicere potuerit, soluta captivitate Babylonica per Hierosolymam non amplius pertransiturum incircumcisum et immundum; cum tamen etiam post reditum Iudaeorum ex illa captivitate multa passa sit Hierosolyma ab Antiocho, Tito, et gentibus incircumcisus? » ibi*
- Quaestio 13. An verba illa (Isa. c. 55, v. 2, etc.): *Non est species ei, neque decor: et vidimus eum, et non erat aspectus... despectum et novissimum virorum, virum dolorum, etc.* intelligenda sint de Christo patiente, vel potius (ut Iudaei recentiores contendunt) de gente Iudaica in statu hodiernae humiliationis et afflictionis constituta. » ibi
- CAPUT II. De Ieremia cum Baruch. » 249
- Quaestio 1. Num verisimile sit, quod Ieremias (ut c. 4, v. 5, dicitur), antequam exierit de vulva, sanctificatus fuerit: cum tamen diei natiuitatis suae maledixerit (c. 20, v. 14, et seq.) exclamans: *Maledicta dies in qua natus sum, etc.* Num maledicendum diei, in quo homo sanctificatus nascitur? » 250
- Quaestio 2. An ex illis verbis (Ierem. c. 7, v. 22): *Non sum locutus cum patribus vestris, et non praecepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustatum, et victimarum, an, inquit, dom. de Voltaire inde recte probet, hebraeos in deserto nullum Deo publicum cultum exhibuisse. » 252*
- Quaestio 3. Quomodo illud (Ierem. c. 20, v. 7): *Seduxisti me, Domine, et seductus sum, intelligendum sit. » 253*
- Quaestio 4. Quomodo verba illa (Ierem. c. 22, v. 10): *Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu, cum illis verbis (Eccli. c. 22, v. 10): *Supra mortuum plora; defecit enim lux eius, concilianda sint. » 254**
- Quaestio 5. Quomodo illa (Ierem. c. 22, v. 19) de rege Iokim praedictio: *Sepultura asini sepelietur, putrefactus, et proiectus extra portas*